



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum sit virtus theologica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. III. Distinctio. XXVI.

timor, gaudium, & tristitia. Tertio modo accipitur pro re sperata secundum id Titum. 2. Exspectantes beatam spem, id est, beatitudinem sperata. Quarto modo accipitur pro actu expectandi, ut cum dicitur quod spes est expectatio, &c. Et nullo istorum quatuor modorum spes est virtus, quia cum virtus sit habitus ipsa non est certitudo quae est quidam actus vel eius conditio, nec res sperata, nec passio, nec actus, omnia enim hac realiter differunt ab habitu. Quinto modo accipitur pro habitu inclinante & determinante voluntate ad expectandum bonum supernaturale & arduum. Et quod conueniens sit poneare talem habitum, probatur sic, sicut se habet intellectus noster ad cognitionem veri supernaturalis, sic se habet voluntas ad prosecutionem eiudicis, sed propter prius ponendum est in voluntate alius habitus propter secundum actum, illius autem habitum dicimus spem, quare &c.

*In 2. d. 28.
q. 1. c. d.
21. q. 6.
b. m.*

* Est ratiō hic aduertēdūm quod sicut habitus fidei infusa nō est simpliciter necessarius intellectu ad hoc ut assentient vero supernaturam, sed solum ut promptius & perfectius & discretius assentiantur, sic ad inclinandum voluntatem in prosecutione boni supernaturali non est necessarius simpliciter aliquis habitus infusus, quia ad hoc sufficit cognitio talis boni sub ratione possibilis haberet, requiritur tamen habitus spes infusus ad hoc quod promptius & perfectius & firmius inclinet voluntas ad prosecutionem talis boni. Spes autem sic accepta diffinitur a doctoribus quod est expectatio certa futura beatitudinis ex misericordia & gratia proueniens, ubi aduertendum est, quod habitus innoverat per actum & obiectum & circumstantias actus, omnia haec exprimuntur in praedicta descriptione actus, cum dicatur expectatio que sonat in motu voluntatis tendentis in obiectum. Et sensus quod spes est habitus quo expetamus, obiectum vero innuitus cum dicatur futura beatitudinis, circumstantia vero actus cum dicatur certa, & haec est generalis conditio cuiuscunque virtutis, quia omnis virtus certitudinaliter inclinat in actu suum & in obiectum, circumstantia vero actus ut tendat in tale obiectum innuitur, cum dicatur ex meritis ac gratia proueniens, quia res sperata nō haberet, nec speratur haberet, nisi mediante gratia Dei & meritis ipsius operantis, non ut sit sensus quod spes quae est virtus proueniat ex meritis, sed potius quod res sperata ex eis habeatur, & actus spes tendat in rem speratam per merita tanquam per inde dia per quae acquiritur. Et sic patet primum.

7 Q Y A N T Y M ad secundum dicendum est quod spes est virtus largo modo accipiendo virtutem, sicut prius dicitur de fide, di. 27. quis. quod patet sic. Omnis habitus inclinans & determinans voluntatem ad bonum actum est virtus, & hoc patet ex. 2. Ethi, vbi dicitur quod virtus est quae habetem perficit & opus eius bonum reddit, sed spes inclinat & determinat voluntatem ad bonum actum, ergo ipsa est virtus minor probatur, quia actus est bonus, qui est conformis sua regule, actus autem ad quem inclinat spes est conformis regulae sue, cum enim regula voluntatis sit ratio recta, quae potest esse secundum leges inferiores, & secundum superiores, vtroq; modo spes iniunxit rationi rectae, quia iniunxit rationi illuminatae per fidem, cum qua necessario concurredit concorditer ratio humana, & innitens aliquibus apparentibus, vt declarata fuit prius, quare &c.

8 A D primum argu. dicendum quod spes est dispositio perfecti in comparatione ad actum sibi couenientem, qui est sperare. Ad hoc enim spes sufficienter per fecit voluntatem, quoniam in hoc sperans sit imperfectus, quod re sperata caret.

* Ad secundum dicendum quod ad consecutionem finis supernaturalis non sufficit cognitio & amor, sed requiritur inclinatio in ipsum tanquam possibilis haberi, & hoc facit spes, propter quod præter fidem & charitatem d'portet ponere spem inclinatam.

Q V E S T I O S E C U N D A.

Vtrum spes sit virtus theologica,

Tho. 2. 2. q. 17. ar. 5.

S ecundum queritur, vtrum spes sit virtus theologica. Et arguitur quod non, quia virtus theologica non consistit in medio duorum virtutum, sed spes consistit in me-

Quæstio II.

260
dio duorum virtutum, scilicet presumptionis & desperationis, ergo non est virtus theologica.

* Item obiectum spes est arduum, sed rendere in arduum, pertinet ad magnanimitatem, quae est virtus moralis, ergo & spes.

3 Item illæ virtutes sunt eadæ, quarum extrema eis opiniori sunt eadem, sed spes & fortitudinis sunt eadæ extrema virtus; opposita, si timiditas & audacia, ergo spes & fortitudo est eadem virtus: constat autem quod fortitudo sit virtus moralis, & non theologica, ergo & spes.

4 IN contrarium arguitur, quia spes non est virtus intellectualis, cum sit habitus voluntatis, nec moralis, cum non sit circa passiones & actiones nostras, ergo est theologica.

5 R E S P O N S I O. Circa questionem istam videntur sunt duo. Primum est, an spes sit virtus theologica, & qualiter ab aliis distinguatur, scilicet à fide & à charitate. Secundum est de ordine spes ad fidem & charitatem.

6 Quantum ad primum secundum est quod quum virtus theologica dicatur quae habet Deum pro obiecto, hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo de obiecto immediato. Alter modo de obiecto principali, quânius mediato, si de obiecto immediato, sic spes non est virtus theologica, quia immediatum obiectum spes non est ipse Deus, sed beatitudo formalis, quae est quid creatum. Quod patet, quia spes pertinet ad amorem concupiscentiae, quo voluntus nobis aliquod bonum, sed proximum & immediatum obiectum amoris concupiscentiae non est deus secundum, sed Deus enim amandus est propter se, & amore amicitiae ergo est aliquid aliud, sed nō beatitudo creata, ut patet ex ipsa descriptione spes, scilicet quod est expectatio futura beatitudinis, ergo &c. Item idem est obiectum spes & gaudi seu delectationis nec differunt nisi secundum prelens & fons rum, sed obiectum proximum gaudi seu delectationis in patria, non est Deus secundum, sed beatitudo creata, ut patet probatum primo lib. dist. i. quæst. 2. ergo nec spes.

7 Si vero loquamus de obiecto principali, sed tamē mediato, sic Deus est obiectum spes, & spes est virtus theologica, beatitudo enim quae habet Deum pro obiecto est proximum obiectum spes, & ita obiectum beatitudinis est obiectum principale spes, quânius mediante beatitudine, est tamē principale, quia tota bonitatem & arditatem quam spes artedit in obiecto suo habet beatitudo ex hoc quod est circa Deum, sicut circa proximum obiectum, hoc autem est intelligentium de obiecto, quod est res sperata, quia si obiectum spes dicatur id à quo speramus beatitudinem, tunc ipse Deus est immediatum obiectum spes ex hoc patet qualiter spes distinguatur à fide & charitate. Distinguatur enim ab utroq; duplicitate. Vno modo penes obiectum, quia obiectum immediatum fidei & charitatis est ipse Deus, obiectum autem immediatum spes est beatitudo creata, quânius principale & mediatum sit ipse Deus. Alter modo distinguatur fides à spes penes subiectum, quia fides perfecti intellectum, spes autem voluntatem: à charitate autem differet penes actum, quia actus charitatis pertinet ad amorem amicitiae. Actus autem spes ad amorem concupiscentiae & sic patet primum.

8 Quantum ad secundum notandum est quod sicut d'etur fuit supra di. 23. qu. 4. aut queritur de ordine temporis, aut naturæ, si de ordine temporis sic quantum ad primam infinitum dictiorum habituum non est inter eos invenire talen ordinem, quia simul in fundum, & causa ratiæ dicta fuit, si vero queritur de ordine naturæ, sic planum est de fide quod ipsa naturaliter præcedit spem & charitatem, ut fuit probatum. De spes autem & charitate qualiter ordinem habent non est adeo clarum, si enim considereremus actum amandi & sperandi qui videtur esse à spes & charitate, si charitas videatur præcedere spem, sicut diligere præcedit sperare, prius enim diligatur aliquid tanquam bonum, quān speratur, ut possibile, sed hoc non obstante d'endum est quod spes præcedit charitatem ordine naturæ. Quod patet duplicitate. Primo, quia illud est prius quo amor amouetur alterum, & non econverso, sed amor spes amouetur charitas & non econverso, ergo spes præcedit charitatem. Secundo, quia proutum est charitatis posse circa omnem bonum actum rationem meriti, sine charitate enim voluntas potest amare bonum tam supernum.

KK 4

Magistri Durandi de

turale quam naturale, & etiam sperare ut patet in habentibus fidem informem, sed nullum meritum potest esse sine charitate ut patet. *1. Cor. 13.* meritum autem est ultima perfectio qua est possibilis in actibus voluntatis saltem in viatoribus, ergo caritas est ultimus habitus voluntatis: & sic patet secundum.

*A*D primum arg. dicendum quod non est proprium virtuti morali confitit in medio duorum viatorum, quia non conuenit omni, nec soli, non omni, quia non conuenit iustitia, nec soli, quia sicut circa passiones contingit excedere regulam rationis & ab ea dictere secundum que articulatur virtutum superabundantia & defectus inter quae virtus moralis tenet medium tanquam concors regulae rationis, sicut in actibus rationis respectu regula supernaturalis contingit excedere, & deficere, & aequaliter, sicut contingit credere plus quam oportet, & minus quam oportet, & quantum oportet, & secundum hoc fides per quam creditur quod oportet & quantum oportet est medium inter duo vita licet non sunt eis propria nomina imposita, sed vocatur virtus generali nomine infidelitatis & codem modo est de spe nisi quod virtus opposita sunt nomina imposita scilicet praesumptio & desperatio. Nec istud arguit spe esse virtutem moralis, verum est quod magis attribuitur virtutibus moralibus & aliis, quia plures ex virtutibus moralibus habent esse circa passiones in quibus est inuenire ex natura earum medium superabundantia & defectum.

2. Ad secundum dicendum quod magnanimitas est circa bonum arduum humanum tamen, & quod est proportionatum nature tanquam possibiliter haberi propriis virtibus, vnde est virtus moralis, sed spes est circa bonum arduum super naturale quod excedit facultatem naturae. Et ideo est auxilio alterius aliquid secundum unde est virtus theologica.

3. Ad tertium dicendum quod spes & fortitudo non sunt idem, nec habent idem obiectum, nequidem extrema, obiectum enim spes est bonum, obiectum vero fortitudinis est periculum quod habet ratione mali, extrema etiam spes sunt presumptio, desperatio, bonum enim arduum vel propter difficultatem totaliter dimittit & sic est desperatio, vel propter media ad ipsum ordinata appetitur & sic est presumptio, vel tenditur in ipsum secundum media ad hoc diuinus inspirata & sic est spes, extrema autem fortitudinis sunt timiditas & audacia, periculum enim vel propter difficultatem totaliter fugitur & sic est timiditas, vel propter rationem in ipsum tenditur, & sic est audacia, fortitudo vero medio modo se habet, & sic patet quod non sunt idem spes & fortitudo. Advertendum tamen est, quia ex fine distinguuntur ea que sunt ad finem, ideo virtutes theologicae que habent ultimum finem pro obiecto imperant actus aliarum virtutum que sunt circa ea que sunt ad finem, propter quo spes imperat actum fortitudinis secundum illud *Esa. 30.* In silentio & in spe erit fortitudo nostra, & similiter imperat actum patientie & longanimitatis qui dicitur quedam expectatio ut habetur *Rom. 8.* per parentem expectamus, & *Galat. 5.* longanimitas expectationis, &c.

QVÆSTIO TERTIA. Vtrum spes habeat certitudinem.

*T*ho. 2. q. 18. art. 4.

*T*ertio queritur, vtrum spes habeat certitudinem. Et arguitur quod non, quia certitudo seu securitas opponitur timori, sed quilibet quantumcumque bonus debet timere de assequitione vite æternæ, secundum illud Proverb. 28. Beatus homo qui semper est pauidus, ergo nullus debet cum certitudine eam sperare.

2. Item nullus habebit vitam æternam sine gratia, sed nullus potest esse certus an habeat gratiam, ergo nullus potest cum certitudine sperare vitam æternam.

3. IN contrario arguitur, quia virtus est certior omnino arte ut dicit Philos. in Ethicis, sed spes est virtus, ergo habet certitudinem.

4. RESPON SIO. Circa questionem istam videntur sunt duo. Primum est vtrum spes habeat certitudinem. Secundum est in quibus sit spes.

5. Q. VANTVM ad primum sciendi est quod certitudo propriè dicitur firmitas evidentiæ virtutis cognitiæ respectu sui obiecti, & quia firmitas evidentiæ quandam determinationem habet respectu dubitationis (dubitans enim fluctuat in alterutram partem) ideo nonen certitudinis translatum est ad significandum determinationem cuiusque virtutis tam naturalis quam moralis in suum actum circa obiecta secundum quem modum dicimus per natura certitudinaliter operatur, & Philos. dicit quod virtus certior est arte, quia per artem non sic determinatur quis ad operandum, sed potest operari si vel alter, sicut per virtutem quae inclinat ad unum & per unum modum, certitudo igitur principitaliter & primo pertinet ad vim cognitionis, sed participatione & quasi translatius pertinet ad vim appetitum & motuum, & est alterius rationis haec illa, quia certitudo cognitionis non potest deficere, ei enim non potest subesse falsum, sed certitudo inclinationis potest deficere, & quandoque deficit ab eo ad quod inclinat, sicut graue impeditur a morte deossum, & habens virtutem quandoque agit propter eam, vel contra eam, & tamen certitudo inclinationis manet in vitro, quia grauissima certitudinaliter id est determinat inclinat ad motum deorum & omnis virtus inclinatur determinat ad unum, ex quo patet quod spes certitudinem habet secundo modo dictam cum qua potest stare quod sperans nunquam consequatur reu spem, vnde potest sic argui, id quod conuenit omni virtuti conuenit spes, sed certitudo secundo modo dicta conuenit omni virtuti, ergo & spes.

Sancto Porciano

minationem habet respectu dubitationis (dubitans enim fluctuat in alterutram partem) ideo nonen certitudinis translatum est ad significandum determinationem cuiusque virtutis tam naturalis quam moralis in suum actum circa obiecta secundum quem modum dicimus per natura certitudinaliter operatur, & Philos. dicit quod virtus certior est arte, quia per artem non sic determinatur quis ad operandum, sed potest operari si vel alter, sicut per virtutem quae inclinat ad unum & per unum modum, certitudo igitur principitaliter & primo pertinet ad vim cognitionis, sed participatione & quasi translatius pertinet ad vim appetitum & motuum, & est alterius rationis haec illa, quia certitudo cognitionis non potest deficere, ei enim non potest subesse falsum, sed certitudo inclinationis potest deficere, & quandoque deficit ab eo ad quod inclinat, sicut graue impeditur a morte deossum, & habens virtutem quandoque agit propter eam, vel contra eam, & tamen certitudo inclinationis manet in vitro, quia grauissima certitudinaliter id est determinat inclinat ad motum deorum & omnis virtus inclinatur determinat ad unum, ex quo patet quod spes certitudinem habet secundo modo dictam cum qua potest stare quod sperans nunquam consequatur reu spem, vnde potest sic argui, id quod conuenit omni virtuti conuenit spes, sed certitudo secundo modo dicta conuenit omni virtuti, ergo & spes.

6. Q. VANTVM ad secundum scilicet in quibus sit spes aduertendum est quod aut queritur de spe quantum ad actum, aut quantum ad habitum. Si quantum ad actum, spes dicendum est quod propriæ actus spesi non est in beatis nec in damnatis, sed soli in viatoribus, quod patet, quia deficiente obiecto necesse est deficere actum, sed in damnatis & beatis deficit obiectum spesi, ergo deficit actus eius. Maior est de patre, sed minor probatur, quia obiectum spesi vniuersaliter loquendo est bonum, & in hoc differt spes à timore qui est de malo. Item non quodcumque bonum, sed arduum quod difficultate habet, & in hoc differt spes à concupiscentia vel desiderio que sunt de bona absolute. Item oportet quod futurum in quo differt a gaudio vel delectatione, & istud tertium sequitur ad secundum, quia bonum prius difficultate vel arduitatem non habet ad difficultendum cum iam sit habitum, oportet etiam quod sit possibile haberi, & sic apprehendatur, in quo differt a desperatio. Præter hoc autem ad principale & formale obiectum spesi est virtus theologica requiriatur quod illud bonum arduum futurum possibile haberi sit beatitudine supernaturalis, ceterum autem quod in damnatis angelis vel hominibus non est hoc inuenire, sed portus oppositum vel dictum fuit, beatis vero sua beatitudine essentialis non est futura, sed praefixa, accidentalis vero quod ad gloriam corporis est in eius futura, & similiiter fuit in Christo ante resurrectionem, sed non habet rationem ardui, vel difficultis, quia licet gloria corporis sit quid arduum per comparationem ad naturam humam nam absolute consideratam, tamen non per comparationem ad eam tam habentem gloriam anima, tum quia gloria corporis est minime quid per comparationem ad gloriam anima, tum quia habens gloriam anima haberet sufficientem causam gloriam corporis. Patet ergo quod tam in beatis quam in damnatis deficit aliqua conditio obiectum spesi, ergo in eis non potest esse propriæ actus sperandi. Deinde autem propriæ, quia accipiendo sperare pro qualibet expectatione boni futuri, sic in eis est expectatio stolæ corporis, vel aliquius alterius præmii accidentalis sic etiam dicuntur, sicut ex persona Christi dicitur in Psal. In eis Domine sperauit, ut glosa exponit.

7. Si vero queratur de spe quantum ad habitum sic est probabile quod spes non sit in damnatis, & hoc clarum est quantum ad opinionem illorum qui dicunt quod habitus infusus amittitur per vnicum actum contrarium, que licet sit dubia (vt prius dictum fuit d. 2. q. 9. h.) tantum pro predicta coniunctione est alia ratio videlicet quod cum habitus acquisitus amittatur per contrariationem actuum contrariorum probabile est quod id sit de habitu infuso, qui licet non acquiratur, nec amittatur per actus nostros effectu, amittitur tamen per actus nostros demeritorie, ceterum igitur in damnatis sunt continui actus, delerationis de habenda beatitudine (nam sicut ad perfectionem beatitudinis pertinet securitas de ea non amittenda, sic ad cumulum misericordie damnatorum pertinet)